

pertineat.

Quare conversi nequūq̄ omittant, usum
coenae Domini, ac Doctrinam, quam de
vero usu, & de finibus supra recitaui,
mūs teneant, & adferant hanc ipsam fi-
dem, quae in conversione corda liberat
ex doloribus inferorum. credant sibi re-
mitti peccata non propter ullum nostrum
opus, non propter nostram dignitatem, non
propter hanc sumtionem: sed propter Fili-
um Dei passum pro nobis, & resuscitatum
& deprecantem pro nobis, Nam vero
sumtionem testimonium esse promissionis
ut fides mittatur ipso Filio Dei, qui est
verbum aeterni patris, per quod pater fieri
se aeternus pater voluit, & per quod habi-
tat in nobis. Et agnoscat hanc sumtionem
esse pignus perpetuae praesentiae, nec tan-
tum tunc adesse Filium Dei.

Addenda est postea et Gratiarum actio
ut supra dictum est, & sciendum simul in
haec comminione ostendi confessionem, qua
testaris te esse membrum Ecclesiae Dei.

+ passio & resuscitatio, &
colligente aeternam Ec-
clesiam & statuatur te
fieri membrum Filij
DEI "